 sunt legitimare: qz legitimatō sicut z fame restitū-
 tio et silia vident referuata soli principi. **Secus** si
 essent principes: vel ciuitates non recognoscentes
 superiorē. **Nam** isti habent tantam ptatem quā-
 tam habet imperator: in impio suo. **Ad** hoc. d. c. p
 venerabilem. in v. insup. z facit glo. ibi in ver. re-

cognoscat. **Et** quo habes: q rex francie d iure nō
 est exemptus a romano impio. lz **Inno.** dicit q
 de iure subest pape z nō imperio. **Hosti.** vō tenet
 p̄mū: quia omnes principes seculares debent re-
 cognoscere imperatōrē in dñm: vt in. c. adrianus.
 lxxij. di. **Et** ex hoc dicit. q reges hyspanie: anglie:
 z francie tenent de iure obedire impatori: lz defa-
 cto nō obediant. **Nunquid** autē peccent nō obe-
 diendo. z nunquid potuerint p̄scribere cōtra im-
 perium. **Respectu** p̄scriptōis sentit q nō: nisi p̄-
 scripissent passiuē. i. nomine romane ecclesie. **Re-**
spectu peccati dicit: q forte excusantur a peccato:
 interim dum imperator nō exigit ab eis obediē-
 tiā. **Sicut** in simili notatur in decimis. z cum hoc
 dicto transit in. d. c. p venerabilem. **Jo. an.** **Sz** do-
 minus **Anto.** dicit posse defendi: q isti p̄scripse-
 runt cōtra imperium. **Nam** plures possunt esse
 imperatores: quēadmodū qñ plures eliguntur in
 discordia. **Et** de cōsuetudine vterq; ministrat: vt
 notat glo. in demen. romani. de iure iurā. **Et** **P**
anoz. putat q isti principes possunt p̄scribere iura
 imperij in eorum regnis. **Ad** hoc facit quod nō.
Jo. an. in. c. cum episcopus. de offi. o. d. li. vj. vbi
 dicit q prelatus inferior episcopo pōt p̄scribere
 iura episcopalia in certa pte dyocesis. **Sed** q prin-
 ceps possit p̄scribere: vt ip̄e non sit sub imperio:
 non videt hoc possibile in iure: quia sine possessio-
 ne p̄scriptio nō p̄cedit. **Sed** quis non pōt possi-
 dere seipm. **Et** ideo lz papa vel alius potuisset p̄-
 scribere contra impatorem: tamen actiue nō p̄ce-
 dit p̄scriptio. **Aut** vult legitimare in terris ecclesie.
Et tūc nō pōt. **Idē** z **forus** dicendū de habente
 ab eo ptatem.

Et ex predictis pōt correlarie inferri q papa q̄
 ad terras ecclesie pōt legitimare: tam quo ad tpalia
 q̄ quo ad spūalia. **Quo** vō ad terras impertj: pōt
 quo ad spūalia sed nō quo ad tpalia. vt etiā volu-
 it **Bar.** in autent. ex cōplexu. l. de ince. nup. **Et**
 hoc nisi ex maxima z ardua causa. vt dicit **Panoz.**
Nam tunc etiā in terris impertj posset legitima-
 re quo ad tpalia. **Secundo** inferitur q imperator:
 vel alius ab eo habens ptatem nō pōt legitimare
 quo ad spūalia. **Et** ideo nec ad ordines: nec ad alia
 spūalia admittentur. vt etiam vult **Bart.** vbi s̄.
Nec etiam erunt legitimi in dominio illorū qui
 non recognoscunt imperatōrē: q̄tūm ad ea p que
 fieret alteri p̄iudicium. puta ad successionez bo-
 norum ab intestato. vt notatur in dicto. c. per ve-
 nerabilem.

Qtrum autem comites palatini habentes po-
 testatem legitimadi ab impatore possint legitima-
 re in p̄iudicium agnatorum. **d. An.** in. d. c. p vene-
 rabilem: dicit q non: nisi pater z agnati cōsentiat
 quia hec potestas tanq̄ alteri p̄iudicialis est re-
 stringenda. vt. l. j. S. si quis a principe. ff. ne quid i
 lo. publi. **Sed** **Panoz.** in. d. c. per venerabilez. di-
 cit fore inspiciēda verba potestatis collate. **Et** vbi
 simpliciter eēt data potestas: credo q possent legi-
 timare: etiam in p̄iudiciū agnatorū quēadmo-
 dum impator: quia in hac legitimatōe iura nō fa-
 ciunt mentiōem nisi de patre. quia agnatis nō p̄-



Impedimentum. j.

tamen esset dicendum: si essent solum sponsalia de futuro, quia tunc per susceptionem sacri ordinis dissoluerentur.

Que sunt illa que impediunt matrimonium sub heu. s. tamen non dirimunt contractum. Rñ. Primo quod sunt duo predicta in. v. s. l. prohibio ecclesie et tempus feriarum. Item sunt quedam crimina de quibus habet. j. impedimentum. viij. Item impediunt matrimonium contrahendum. sponsalia, que sunt prius cum alia contracta, de quo. j. Sponsalia. Item catholicismus, de quo. j. Impedimentum. vi. Item impeditur votum simplex, de quo. j. Impedimentum. iij.

Utrum aliqua consuetudo impediatur matrimonium sub heu. vel dirimat contractum. Rñ. Panoz. in. c. sup. eo. de cogna. spū. q. aut consuetudo habilitat alios ibiles per ius canonicum. Putat ut in tercio gradu possit matrimonium sub heu. vel ut frater possit sub here cum sorore spirituali: et non valet consuetudo, et videtur textus in dicto. c. super eo. Idem tenet Hosti. quasi consuetudo non sit rationabilis: cum sit contra omnem honestatem, ex quo inferat consuetudinem a papa non approbatam non posse tollere impedimentum publice honestatis, quia non valet consuetudo contra honestatem ecclesie, ut in. c. cum decorem. de vi. et ho. clerico. Aut consuetudo inhabilitat alios habiles, ut in filiis duorum compatrium, per quorum neutrum deuterum est ad compaternitatem. Et tunc aut habet solum consuetudo ut impediatur: non ut dirimat, et valet ar. d. c. super eo. Aut habet ut dissoluat coniugium. Et si ad tempus valet ut dicit Innocentius in dicto. c. super eo. Nam peccaretur contrahendo contra consuetudinem patrie, xxx. q. v. c. aliter. Aut habet ut dissoluat imperpetuum. Et si est approbata per papam: saltem tacite, valet, ut probatur in dicto. c. super eo. fm lecturam Hosti. Aut non apparet de approbatione pape, et videtur Hosti. velle consuetudinem non valere. Dicit enim casum. d. c. super eo. non esse extendendum. Sed Panoz. putat oppositum: ubi cum consuetudine occurrit scandalum. Unde si aut papa potest ius diuini interpretari, et addere et diminuire, ut notat Innocentius in. c. que in ecclesie, de consti. ut dictum est s. Consuetudo. Ita et consuetudo, ut notat idem Innocentius in. c. si. de consuetud. Item videmus quod consuetudo que generat scandalum inhabilitat que ad matrimonium spirituale, ut in. c. cum olim. de cle. coniu. ergo pari ratione debet posse inhabilitare ad matrimonium carnale, ad hoc facit quod notat glo. in dicto. c. super eo. que est singularis, quod si in aliquo loco esset hodie consuetudo, ut in. v. gradu non possit contrahi matrimonium et ex dicto generaret scandalum, quod non valeret matrimonium. Licet. c. non debet, de consang. hoc permittat. Et potest esse duplex ratio. Prima quia hec consuetudo occurrit cum iure antiquo: nec censet sub lata per ius nouum: ex quo non reprobat per illud ius, et occurrit secum scandalum. Secunda ratio colligitur ex predictis, quia consuetudo continens in se scandalum ex preteritione: potest inhabilitare alios habiles: s. ubi a principio nullum fuisset impedimentum

tunc solum scandalum supueniens non posset dissolueret matrimonium, ut dicit glo. in dicto. c. super eo. quam notabis, quia propter scandalum non est recedendum a veritate iuris diuini: ut in. d. c. ij. d. ep. no. nū. hec Panoz. in. d. c. super eo. Vide ad predicta que notat idem Panoz. post glo. in. c. quod super. de consang. q. consuetudo inhabilitans potest esse rationabilis: habilitans vero non, quia prima est inducta ad charitatem ampliandam: ut homines potius sub hant cum extraneis quam cum consanguineis. Sed in secundo casu consuetudo est sub bonos mores: et sub bonum charitatis: eo quod relaxat prohibitionem inter consanguineos. Consuetudo autem sub statutum, vel legem nutrientem bonos mores: non valet, ut in. c. si. de consue. et notat Bar. in. l. omnes populi. ff. d. iusti. et iure. Opinio tamen Hosti. videtur communior et securior, ut dicit Asten. li. viij. titu. xviij. dicens, quod Ber. sibi si aperte dicit in duabus suis glo. s. in. c. j. et in. c. super eo. de co. spi. Naz. in. d. c. j. dicit quod si sit consuetudo, quod si fiat coniugium eius generet ex hoc scandalum: non tamen dirimeret propter hoc matrimonium iactum. In dicto autem. c. super eo. dicit quod si sit scandalum magnum alicui: quod tales coniungant vel remaneant coniuncti, non solum impeditur inter eos contrahi matrimonium: sed etiam dirimitur iam contractum. Sed Asten. dicit, quod magis est assentiendum prime glo. et huius opinio est Aug. et Hoff. per qua facit singulare dictum Hosti. quod tolerabilis est aliquos contra statuta hominum copulatos dimittere simul, quod sic coniunctos contra statuta dei separare, ex de testi. licet. Pro hoc etiam facit singularis theoria dicti Hosti. quod ubique magis prius glo. matrimonium soluitur, nec ius expressum adducant, si inuenieris aliquem doct. scribentem contrarium, s. matrimonium non debere dissolui: sequaris eum. Ad hoc facit quod notat Panoz. in. c. si vir. de co. spū. q. ubi agit de matrimonio sustinendo: singularis opinio est preterenda communi. Quod bene notabis: nisi communis opinio hiet quasi textum per se. In alijs autem ubi doct. in aliquo articulo sunt varij: sequenda est opinio humanior, i. rationabilior et equior. Si vortras opinio est rationabilis: est sequenda plurimorum iudicium fm Hosti. et Ber. Ad hoc bonus textus in lili xix. di. in canonicis.

Quid si ecclesia precipiat alieni coniugium cohabitare cum altero: et ille cui precipit scit esse impedimentum: Rñ. fm Aug. in hoc casu quantum ad reddendum debitum non tenetur obedire, tamen in cohabitatione, et necessario exhibitione obedire debet.

Quo ante matrimonium sit inquirendum an sit aliquod impedimentum. Rñ. dicitur in ecclesijs banna publice per presbyteros imponi ut. j. competentem terminum quod sit impedimentum, imponat. Et si appuerit probabilis pictura sub copulam futuram: intdicat expressse, donec asstet quod fieri debeat. Aliter si suberent sine banis, aut post prohibitionem et extiterit impedimentum utputa, gradus prohibitionis: tunc filij dicentur illegitimi, et non excusabunt propter ignorantiam parentum, de hoc tamen. j. Sacerdos quod qui tales coniunctos inhi-

bere ptempserit. vel regularis qui inesse presumpserit p trienniu ab officio suspendat. Qui vo falsum impedimentu maliciose obiecerit. canonicaz non effugiet vlt dem. extra de cla. despon. cum inhibito. In aliquibz vo locis no fiunt hec banna: solum ptabunt sponsalia solennit z publice: multum an mrimoniuz z interim pt manifestari: an sit impedimentum.

Quid autem peccent reges. principes z milites qui ptabunt hodie sine bannis: Rñ. Asten. li. viij. ti. xij. de mente Rod. dicit q non peccant mortaliter: vbi non est psumtum eoz matrimonia banniri. Et qd dicit in dicto ca. cum inhibito. no extendit ad matrimonia nobilium que in ecclesia non consueuerunt banniri. Sedm etiam Hosti. no est necesse banna pponi. quando quis vxorem vocat a remotis z publice mittit nuncios. Sic eni in facie ecclesie dicuntur contrahere matrimonia. nec erit contra mentem dicte constitutionis. Lutus tamen est vt in ecclesia pponant publice hodie in hoc casu.

Sed nunquid regulariter hoc sit preceptum. s. q hmōi solennizatio fiat in ptabendo matrimonio. Rñ. Asten. de mente Rod. q banna z solennitates pdicte psuete: dimitti no debent sine causa. Et q hoc facit: peccat mortalit. Et hoc vtz fm De. qñ illi non sunt ignari iuris. maxime vbi ecclesie phibitō pmuniter suat. Secus aut si sunt ignari. Et causa aut pnt dimitti fm Hug. puta. quia forte vir est senex z erubescit ptabere cū tanta solennitate. Aut accipit ignobilem: cum ipse sit nobilis. Aut nobilem: cum ipse sit ignobilis. z timet eius parentes. vel forte diu manserunt: sicut vir z vxor. Et erubescunt modo adhibere solennitatem banno z benedictionis nuptialis. Credit autem q in talibz possit ex causa p epm dispensari: nec sufficit dispensatio minoris plati. Quidam tamen quo ad benedictionem nuptiaz dicunt. q causa rationalis esset euitatio fornicationis. vt quia ptinere non posset maxime vir: quis diu contractum erat matrimoniu z no potest ducere vxorem. quia dotem hie non potest: tunc videret q possent sine tali benedictione se adinuicem cognoscere. Et hoc nisi esset scandalum in patria. Idem dicendum esset si terra esset interdicta vel hmōi. d hoc vide s. Debitum.

Sed quero an mortaliter peccet piuges: toties quoties alter ab altero exigit debitū sine cā rationabili ante benedictionem nuptialem. Respondet q non: nisi prima vice nisi nouo ptemptu hoc faceret.

Quent an dispositio dicti capituli cū inhibito habeat locum in sponsalibz de futuro: Rñ. Panor. in dicto. c. cum inhibito. dicit doctores pducere ex mēte lre idem esse dicendum. nam sponsalia in multis casibz trāseūt in matrimoniu ipso facto. vt in. c. is q. de spō. Ideo ne occurrat difficultas ptra phibitōem ecclesie: debet etiam in spōsali adhiberi hec solennitas. facit. l. oratio. ff. de spō. vbi dicit q phibito matrimonio: vident. phibi-

ta sponsalia. Et quo nota. q contrahentes sponsalia clandestine: peccant: z q iudex loci potest illa interdicere.

Quid in laicis pstantibz pntiaz mrimonijs clādestinis. Doct. dicit vt refert Panor. vbi s. q ex verbis lre no pphendunt h ex mente sic. Est g eis imponēda pnia sicut z clericis. Peccat g tam ipsi phibentes clādestine q inessentes. siue sint clerici siue religiosi. siue laici.

Utz aut hec edicta debeāt pponi in multis ecclesijs. Rñ. Panor. vbi s. dicit q si volētes ptabere. z eoz antiqui traxerūt moram in certa parochia: satz ē in illa ecclesia edicta pponi. Si vo i diuersis parochijs traxerūt moram: tūc in diuersis ecclesijs dñt. pponi vel in locis publicis. puta. in pdicationibz vt verisimilit possint puenire in noticiam eoz: q de impedimētis informati sunt. Vñ refert Abb. q qdaz epi hoc fuant: vt forensis no admitat ad phendum mrimoniū: nisi habeat lras testimoniales sui plati. z est valde optimū hoc fuare. Nam sepe ptingit q hntes vxores in ptabz suis: se pferunt ad ptes remotas: z ibi denuo mrimonium ptabunt. In multis tñ locis no suat hmōi denūciatio. Et ppter hoc quero. nūquid dicat clādestinum matrimoniu. Rñ. Panor. vbi s. de mēte Jo. an. in addi. Spe. e. t. z Oldra. pcludit q dū modo matrimoniu sit ptractū in facie ecclesie: no potest matrimoniu appellari clādestinum. Et licz hoc verbū. ecclesia. sumatur multipliciter vt no. in. c. si. ne p. vi. suas. tñ in pposito sumit ecclesia p pgregatione fidelium. ptabens ergo coram multitudine fm patrie psuetudinem no dicit clandestine ptabere h in facie ecclesie. Et hoc habet Panor. p indubitato vbi no est psuetudo q mittantur edicta: sed vbi esset consuetudo: dubium est utrum habeat locum pena. dict. c. cum inhibito. Si quis contraxerit in facie ecclesie non pmissis istis denūciationibus: credit tamen q non. Licet glo. in dicto ca. cum inhibito. sentiat contrarium quia pena est apposita contra contrahentes clandestine. z non contra contrahentes edictis non pmissis. Et non potest dici clandestine: ex quo in facie ecclesie nemine prohibente contraxit. maxime: cum illud sit officium sacerdotis. z non contrahentium.

Quid aut dicat mrimoniū clādestinū. Glo. in di. c. cū inhibito dicit q tripliciter dī mrimoniū clādestinū. Primo cū nō habet testes. ex co. c. ij. Secūdo qñ nō fit cum solennitate: q h. xxx. q. v. alit. Tercio qd fit p tenorem huius psonis. vtz nō pmissa denūciatōe. Host. aut vltra pdictos tres modos dat regulam generalē dicēs. q mrimoniū psum phibitōz eccleie generalē vel spālem. explicitā vel tacitam dī clādestinū z hz locum pena. d. c. cū inhibito.

Quid si quis audiuit perpetuum impedimētum esse inter se z vxorem. nunquid tenetur inquirere: Respondeo fm. vñ. si audiuit a fidedignis: z non suspectis: cum non debeat esse negligens sue salutis: tenetur inquirere. Alis effect

Impedimētū. ij. et. iij.

affectata ignorantia que non excusat. Et si concipiat pbabilem opinionem de dicto alicui nō debet exigere debitum: licet reddere teneat. Secus si ita inuenerit. s. q. esset impedimētū. tunc enim nec exigere nec reddere debet. Facit. c. in q̄sitioni. de sen. ex. Porro q̄ tale impedimētum audit a viro fidedigno. etiam iurato. aut cōpatre suo. aut a p̄prio sacerdote. aut publica fama. nō ita tenet credere q̄ peccet mortaliter si non credat: sed venialiter. Sicut etiam peccare potest qui nimis defacili credit.

¶ Nunquid aut peccat sacerdos vel alius quicūq̄ sciens impedimētū: insinuando hoc alteri cōiugum. vel ambobz. vel alter alteri. Rñ. fm. v̄b. Si p̄bati non potest: dicendo agit in discrete: nisi credat q̄ audiens paratus sit in hac parte p̄torz p̄silio obedire. Si v̄o possit p̄bare: sciat hoc sacerdos parochialis. vel alter iugum: tenet solenniter ad diuortium agere. nisi de consensu velint cohabitare tanq̄ germani. hūc casum habes s. cōfessio secundo.

Impedimētum secū

Ido. s. de errore p̄sone. Sciendū fm. Dir. li. j. q. error in m̄rimōio est quadruplex scz fortune. qualitatis. p̄sone et p̄ditionis. Error fortune. v̄tpote. cum putatur diues et est pauper et e conuerso. non impedit m̄rimoniū. Similiter nec error qualitatis. vt cum putat nobilis et est rusticus. vel q̄ duxit in vxorem meretricem vel corruptam. quam putabat castam vel virginem. talia m̄rimoniū non impediunt. xxix. q. j. s. error. Error v̄o p̄sone est vt si credam p̄bere cum gēma et p̄trahaz cum berta. Et hic nullum est m̄rimonium. Nec hoc p̄cedit ex p̄stitutione ecclie s̄ ex sui natura. cum in m̄rimonio p̄sensus liber desideret et de spon. cum locum. Ita q̄ sine ipso: cetera frustrant. de spon. tua. quia errans non p̄sentit. ff. de iurid. o. iudi. l. si p̄ errore. Sed ad hoc vt error impediatur m̄rimonium: necesse est ex p̄stitutione ecclie. q̄ is qui errat habeat aliquam n̄ticiāz p̄sone: cum qua p̄trahere intendit. aut p̄ visum. aut p̄ famam. aut p̄ auditum. quia in penitus incognitum nec amorem nec p̄sensus dirigere possumus. vnde si quis consentiat in p̄sonaz absentem non sibi notam. quam putat esse p̄sentem. p̄stat q̄ nō consentit in p̄ntem. s̄ in illam quaz p̄ntem esse putat. Et sic deficiente consensu: deficit et m̄rimonium: quia errare est alium p̄ alio accipere. xxij. q. ij. in quibz. Ideo oportet q̄ aliquam n̄ticiāz p̄sone habeat. als non errat in ea. s̄ decipit in p̄sentem. de quo ponunt doct. tale exemplum. Quidā rusticus gallicanus iuit ad quandā mulierem romanam dicens se esse filium regis anglie et cōtrahit cum illo: credens eum filium regis et dicunt q̄ tenet m̄rimoniū: quia non errauit s̄ potius decepta fuit. vel non fuit error p̄sone s̄ qualitatis. Sed certe dicit Hostien. Cum vbiq̄ terraz habeatur n̄ticia regis anglie. saltem per famam: videtur q̄ hic sit error p̄sone: nec in p̄sentem p̄so-

nam sed in p̄sonam filij regis anglie consentire videtur: quod non refert vtrum nomine p̄prio vel alio equiualentem nomine. Sed si in generali diceret se esse filium regis. vel comitis: et non diceret cuius. tunc non esset error p̄sone. s̄ fortune. aut q̄litas qui non impedit. dicto. s. error. vel etiam si specificauit. nulla tamen habet n̄ticia patris vel filij. Adde predictis qd̄ notat Tho. in. iij. distin. xxx. q. error nobilitatis in quātum h̄mōi: non enuacuat m̄rimonium: licet nec error qualitatis. S̄ si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem p̄sone tunc impedit m̄rimoniū. vnde si consensus mulieris ferat in istam p̄sonam directe. Error de nobilitate ipsius non impedit m̄rimonium. Si autem directe intendit consentire in filium regis: quicūq̄ sit ille: tūc si alius p̄sente tur ei q̄ filius regis: est error p̄sone et impedit m̄rimonium. Et eodem modo videtur dicendum si quis dicat se primogenitum et nō est. Et hoc est singulare dictum.

¶ Done quis p̄sentit in aliquem qui est mortuus et alius p̄sentat sibi loco eius. An talis error impediatur m̄rimonium. Rñ. Dir. fm. Jo. q̄ sic. quia cum ille non sit in re: natura: non est ibi. ergo est error p̄sone.

¶ Quid si aliquis habeat tres filios: et quedam mulier consentit in maiorem. postea p̄sentat minor. nunquid tenet m̄rimonium cum minore? Rñ. Dir. fm. Jo. q̄ non. xxix. q. j. s. bis ita. Idem Ray. et Hosti.

Impedimentum ter

Icio. de errore p̄ditionis. s. fuis. Talis enī error fm. Dir. li. j. impedit m̄rimonium p̄bendum et dirimit p̄ctum: si ignoranter p̄bat. quia si scienter contraheret non dirimeret p̄ctum. Hoc aut intellige quando est error deterioris p̄ditionis. secus aut quando est paris vel melioris fm. Hosti. et Inno. Et ideo licitum est fuis p̄bere etiam dñs p̄dicentibz. ex eo. c. j. Sed dñs nō dñt p̄pter hoc fuis debitis defraudari: vt ibi dicit Si tñ liber postq̄ p̄traxit sciat eius p̄ditionem et eam postea carnaliter cognoscat. tenet m̄rimoniū vt in. c. si quis ingenuus. et c. si femina. xxix. q. ij. et c. p̄soluit. et eo.

¶ Sed nunquid error p̄ditōis libertine vel ascripticie. vel originarie impedit m̄rimoniū: sicut et cōditionis fuis? Rñ. fm. v̄b. nō. q̄ omnes tales sunt liberi licet ad q̄sdaz opas plus ceteris teneat. Qui dicat ascripticij et originarij: vide. j. Seru. j.

¶ Quid si q̄s ignoratē p̄xit cū ancilla: quaz dñs viro ignoratē postea manumittit. et ipse cognoscat eam post manumissionē: querit an possit eam dimittē. Rñ. fm. Dir. li. j. q̄ sic: q̄ nullū fuit m̄rimonium. q̄ sp̄ ei se p̄misit ex p̄mo p̄sensu q̄ nullus fuit. idem Hosti. et Do.

¶ Quid si dñs ancillam tanq̄ liberam alicui tradidit. vel tacuit scienter. Dic fm. Dir. vbi s̄. q̄ intelligitur ei libertatem dedisse. Idem Hosti. et Ber.

¶ Quid si liber contraxit cum ancilla ignoranter: et illa durante ignorantia contraxit cum alio non ignorante conditionem eius. *Rñ. fm. vñ. tenet matrimonium cum secundo, cum nullum fuerit primum.*

¶ Quid si libera contraxit ignoranter cum seruo et postea scita seruitute nihilominus vult esse cum eo. et ille vult discedere. *Rñ. Dire. fm. Jo. et Ber. qd nō est matrimonium. tñ ipse dicitur appellari: ex quo ipsa cum eo vult esse.*

¶ Quid si quis contraxit ignoranter cum ancilla postquam sciuit exigit ab ea debitum. nunquid postea poterit ab ea separari. *Rñ. fm. vñ. Si ex his qd prius audiuit: habuit p̄babilem opi. de seruitute eius. et nihilominus exigit debitum non potest eam relinquere. Si vero habuit opinionem leuem et temerariam: tunc non obstante qd exigit debitum: poterit: cum veritatem certius sciuerit: separationem petere. ar. capituli inquisitioni. de sentē. ex. Nam dubitans p̄ ignorante habendus est. l. de condi. inde. l. si.*

¶ Quid de illo qui mouit questionem conditionis contraxorem: et illa lite pendente: petit debitum? *Rñ. in. iij. distin. xxxvij. dicit. qd si copula sequit̄ certam cognitionem in libero de seruitute alterius: tunc fm omnes: siue commisceatur cum ea per compulsionem ecclesie: siue non. Illa copula semper ratificat matrimonium in conspectu dei. si illa committio sit affectu matrimoniali. Si autem affectu fornicario: quous non ratificat in conspectu dei: ratificat tamen in conspectu ecclesie. Si autem copula sequit̄ p̄babilem p̄sumptionem siue fiat ad p̄ceptum ecclesie siue non. semp ratificat matrimonium: si facta sit affectu matrimoniali. nisi aliter conuincatur: qui est conditiois fuit: prius a suo sensu pristino recessisset. Si autem facta sit affectu fornicario. matrimonium non ratificat in conspectu dei: quous raturum p̄sumeret fm iudicium ecclesie. Si autem copula sequit̄ leuem suspicionem et temerariam: cui credi non debet: tunc fm omnes qd non p̄iudicat etiam ad mandatum ecclesie. titubans enim p̄ ignorante habendus est. hec Ric. Sed Ber. in dicto. c. p̄posuit. et Do. in sum. dicit qd ad mādātū ecclesie: in p̄dicto secūdo casu. potest cognoscere sine p̄iudicio. vt ex primo consensu ei coniungat: qd diu constat per sententiam de impedimento conditionis. Et si queratur quo affectu. Hostien. dicit. qd coniugali non tanq̄ liberam. nec tanq̄ suam: s̄ tanq̄ illam cui mouet questio fuit utis. Et sic euentus iudicij declarabit vtrum cogatur eam retinere vel ne. Sed Panormitanus in dicto ca. p̄posuit: videt̄ tenere opinionem Ric. quia ex quo credit illam esse seruam. mouendo sibi litem. non debet eam aliquo modo cognoscere carnaliter. quia oportet necessario qd ex aliquo affectu eam cognoscat. Si vxorio: confirmat matrimonium. Si fornicario. peccat mortaliter. Nec p̄pter p̄ceptum ecclesie debet venire contra suam conscientiam iuste informatam. vt in. c. literas. de resti. spo. Et dicit Panormitanus qd huius opinio. est Inno. Jo. an. Tan. et multi alij. licet*

Hostien. sequat̄ vltimam opi. glo. f. Ber. Asten. tñ li. viij. dicit. qd Do. in. d. c. p̄posuit. corrigat suum primum dictum. Et sic vñ seq̄ opi. Inno. et se. que. vñ communis.

¶ Impedimentum quartum. s. de impedimento voti. Vtrum votum de continentia impediat matrimonium. *Rñ. duplex est votum. Quoddam est solenne: quod fit p̄ suspensionem sacri ordinis. aut p̄fessionem exp̄ssam vel tacitam facta alicui de religionibus approbatis. et tale votum impedit matrimonium p̄bendum. et dirimit p̄ctum. Quoddam est votum nō solenne s̄ simplex. et hoc si fiat de non p̄bendo. vel de castitate et huiusmodi: impedit matrimonium p̄bendum. et quanto manifestius est emissum: tanto maior pena debet transgressor: tñ nō dirimit matrimonium p̄ctum. ex eo. qd votum. li. vj.*

¶ Quare autem votum solenne dirimat matrimonium: nō aut simplex. cui apud deum non minus obliget vnquam aliud: qd violatio vtriusq̄ inducit p̄ctum mortale. vt in. c. rursus. qd de. vel vo. Dic fm Panorm. in. di. c. rursus. qd hoc facit p̄ctō ecclesie. Et id ibi dicit glo. qd si p̄ctō ecclesie nō eēt: teneret matrimonium p̄ctum a religioso vel p̄bytero seculari. Et cōt̄ doct. hoc sequunt̄. Naz vt Do. dicit de iure diuino qd am plone. p̄hibent ad p̄bendum matrimonium. vt in. c. lras de resti. spo. in. q̄s vouens p̄hibet̄ nō repit̄. Vñ oz dicere. qd aut ecclesia errat in suando matrimonium post votum simplex. Aut qd etiam hodie possit stare: vt matrimonium p̄ctum post solenne votum teneat. naz si vtriusq̄ equit̄ obligat apud deum. sicut fua in simplici ita posset fua in solenni. nec ē ddm qd ecclesia errat. qd nō longe esset ab heresi. xxij. q. j. hec est fides.

¶ Quod dicitur intelligi qd votum simplex impedit matrimonium p̄bendum. *Rñ. fm Ray. Instantū impedit qd si iste qd fecit tale votum: postea p̄siterit iuramentū alicui qd eam duceret: dicitur votum implere. et agere penam de iuramento illicito. d. c. rursus. Idē Do. qd si p̄mo iurauit: et postea vouit fm Host. et Hoff. in hoc casu p̄ualet iuramentum. Potest tñ intrare religionem. et de spon. p̄missum. nec tenet prius exequi iuramentum fm Panorm. in. d. c. p̄missum. qd in p̄bendo matrimonium: intelligitur si res in eodem statu p̄manserit. vt in. c. que admodum. de iureiur. Sed hic non p̄māsit in eodem statu. Nam si post matrimonium p̄ctum p̄ verba de p̄nti: licet intrare religionem: sponsa inuita. vt i. c. ij. z. c. ex publico. d. p̄uer. p̄iu. For̄m̄ hec fieri poterit p̄ sponsalia de futuro. qd turpius etiam turq̄ non admittit̄ hospes di. c. que admodum. Non ob. dicitur. c. p̄missum. qd vult qd qd primo iurauit cum aliqua p̄bere: si vult religionem ingredi. dicitur primo p̄bere vt iuramentum fuit. quia fm Panorm. contrahere est de consilio: et non de necessitate. et p̄siliū sit ne notet̄ piurus quo ad vulgi opinionem. qd si post tale votum contrahat p̄ verba de presenti: non potest vxorem cognoscere sine peccato mortali. quia adhuc potest iurare religionem.*

margin notes on the left side of the page, partially cut off and difficult to read.

Impedimentū. iij.

¶ Quid autem si quis contraxit sponsalia de futuro: et postea vouit cōtinētiam. nunquid teneatur ad votum. **d.** An. in. c. veniens. qui de. vl. vo. videtur velle qd votum castitatis sit fortius. et sic qd sponsalia tollantur p tale votum. quod etiam sentit **Bas.** Sed contrariū aperte sentit **Do.** in dicto c. rursus. Dicit enim qd si votum pcedit sponsalia non valent sponsalia: vt ibi. Si autem spōsalia pcedunt votum: tunc cōpellitur vouens: aut solennizare votum aut perficere sponsalia. et hec opinio videtur verior. Nam cum sit orta obligatio sponsa: non videtur qd in ipsius p̄iudicium possit vouere castitatem. **Hec Pano.** in dicto. c. veniens **Idem Dir.**

¶ Sed queritur de questione notabili. Done qd iurauit vel vouit: qd nunq̄ cognoscat aliquam mulierem. et postea ducit uxorem: bene tenet matrimonium. sed nunquid peccat cognoscēdo? **Rñ.** glo. in. c. de viduis. xxvij. q. j. refert quosdam dicere qd prima vice peccat: sed postea non. Et ideo dicunt qd post votum simplex: prima vice cognoscēs uxorem peccat: quia si semper peccaret cognoscendo: tale matrimonium illicitum esset. Sed **Directoria** libro. j. distinguit: qd aut queritur de voto simplici emisso post matrimonium contractum. et tūc exigere nō potest. sed reddere tantū quod nō erat in eius sed mulieris potestate. vt in. c. quidam. de cōner. xii. Et ratio est quare exigere nō potest: quia nihil inde maius sequitur: quod illud votum remoueat. Aut queritur de voto pcedente matrimonio. et tunc dicit: qd lz peccet prima vice: pōt tamē postea exigere et reddere. et ratio est: quia bonū matrimonij remouet quicquid est contrariū matrimonio: quia fortius vinculum qd sit simplex votū d. c. rursus. et d. c. qd votū. et sic per hanc distinctionem **Directoria** concordat opiniones que videntur contrarie. **Idem** potest dici de iuramento qd de voto. et sic habes conclusiue ex hac opinione: qd ille qui vouit vel iurauit ante matrimonium: peccat prima vice exigendo mortaliter. Deinceps potest reddere et exigere sine peccato. **Rñ.** tamen in. iij. distinc. xxxvij. ar. vij. q. j. tenet indistincte tam de vouente post matrimonium qd etiam ante qd nullo modo potest exigere. et hec opinio videtur tutior. et bona cautela esset petere dispensatiōz ab ep̄o.

¶ Quid aut talis simpliciter vouēs qd cōtraxit: teneatur cōtinere mortua uxore. **Rñ.** cōmunis opinio docto. est qd sic: quia per matrimonium prius cōtractum votum non erat ablatum. sed solū executio voti.

¶ Sed pone qd ambo qui fecerant votum castitatis simplex cōtrahant simul. nūquid tenet matrimonium. **Rñ.** Jo. xxvij. q. j. de viduis: tenet qd nō. Alij dō cōmuniter dicunt qd sic: sed neuter poterit exigere nec reddere. Adulto minus poterunt exigere vel reddere: si ambo fecerunt votum post matrimonium. Tamen etiam in dicto casu consulendum esset eis: vt petant dispensatiōem ab ep̄o: maxime vbi timeretur de incōtinentia ambotum vel alterius.

¶ Sed pone ambos vouisse qd nunq̄ exigent.

¶ Respon. Jo. vbi supra: dicit qd bene tenet matrimonium: quia vterq̄ potest reddere. Sed quomodo: cū reliquus non exigit: vterq̄ si sciat alterum indigere: nec posse exigere relinquere. d3 cōmiseri: et vterq̄ reddere dicitur.

¶ Sed quid si quis vouit qd nunq̄ redderet: si uxorem enim contingeret ducere: si postea ducit: quid iuris. **Rñ.** Jo. vbi s. qd nō tenet tale votum fua: qd p̄ceptū est apli de reddendo.

¶ Quid si quis post votum simplex peccet mortaliter. **Rñ.** **Bas.** cal. in. c. rursus. qui dicit. vel vo. dicit qd quando contrahit: aut habet animū cōsummandi matrimonium. et tunc peccat mortaliter: quia facit contra votum. aut non habuit animū cōsummandi: sed religionem intrandi ante consummatōem. et tunc non peccat mortaliter: quia in nullo fecit contra votum. Et per hanc distinctionem videntur concordari opiniones que videntur contrarie. **Rñ.** tamē vbi s. tenet indistincte qd contrahens post votum continentie simplex: nisi certificatus per spiritū sanctū sit: qd deus sic ordiabit qd nunq̄ sequetur carnalis copula: peccat: quia alia iura prohibent tales cōtrahere: etiam si ille qd vouit intendat religionem intrare ante matrimonij consummatōem. Et hoc p̄hibitum est ad vitandum periculum fractionis voti. Periculū enim eēt: ne per contractum illum mutaret p̄positū quod ante habebat. et ad vitandum confusionem alterius coniugis qui quodammodo confunderetur: si alter coniunx cum eo matrimonium renueret cōsummare. **Hec Rich.** et hec opinio videtur equissima. et iō tenēda. et credo qd tal' peccaret mortalit.

¶ Circa tamen questionē sup̄positaz. vtz an habens votum simplex castitatis: si postea cōtrahat: possit cōsummare sine peccato mortali. Quidā dicunt qd si contraxit animo nō cōsummandi: sed intrandi religionem: sed postq̄ contraxit mutat p̄positum et alter exigit debitum: reddendo nō peccat mortaliter: nec etiam mutando propositū peccat mortaliter. quia illud propositum nō erat firmatum sub voto. et sic poterit esse qd post votum simplex castitatis: qui contrahit matrimonium cōsummare pōt sine peccato mortali. Secus si fecisset votum religionis: quia lz possit p̄trahere sine peccato mortali cum p̄posito nō cōsummandi: nō tamen poterit cōsummare sine mortali. quia ante cōsummatōem pōt illud implere. sed nō sic in predicto casu: quia in religione talis nō tenetur intrare: et non intrans tenetur reddere exactus. tamen ex dictis **Rich.** s. patet cōfuratio huius opi. que videt valde periculosa.

¶ Queritur de questōe quotidiana. An ep̄iscop⁹ possit dispērare in voto continentie. **Rñ.** **Rñ.** in. iij. di. xxxvij. dicit qd i votis maiorib: cuiusmodi sunt votū continentie: religiois: et crucis: solus papa dispērare pōt. et lz **Spe.** in ti. de leg. dicit ep̄m dispērare posse circa votū simplex. ad hoc. c. veniens. qd de. vl. vo. **Pano.** tñ ibi dicit qd ex casu. d. c. ep̄s nō pōt dispērare. immo talis casus lz ita arduus et dubius qd multi dicunt etiaz papam nō posse. Et tria fuerūt qd idu x̄p̄t papā ad dispērandū circa illā m̄liere

Primo fuit perturbatio mentis: quia votum emi-
fit: nō inspirata: h̄ in fraudē spōsi. Secōdo pp̄ mai-
piculū emittēdū: q̄ mulier videbat incōtinēs. Ter-
cio quia erat inuenis et suspecta. Et sic papa ac-
cepit a non idoneo debitore quod potuit. hodie tū
p̄ extrauagantē Sixti que incipit. Et si dominici
gregis est excoicatio late sententie cōtra dispēsan-
tes in voto castitatis: vel religionis. Et iō ampli-
de istis nō est disputandū.

¶ Quid autē: si quis nouit nō nubere. an ep̄s pos-
sit dispensare: Dicendū q̄ sic. nā fm̄ ar. f. in sum.
Aliud est vouere castitatē. aliud vouere nō cōtra-
here matrimoniū. quia secundus. f. vouens nō cō-
trahere: fornicando non frangit votum. Primus
vō sic: quia vouens dō vnum: vouet qd̄ implicatur
in alio. Item si quis voueret castitatē ad tps̄: ep̄s
dispensare posset. secus de voto p̄petue castitatis.
et sic intellige p̄dicta.

¶ Pone aliquis p̄misit castitatē respectu certe re-
ligionis: sed nō vouit omnia substantialia regule
nunqd̄ matrimoniū postea cōtractū teneat. Rñ.
d. an. in. c. rursus. qui de. vel vo. vt refert Panoz.
ibi. post multa cōcludit. q̄ aut vouit oīa substan-
tialia religionis: sed non respectu certe religionis:
et tunc votum dicitur simplex. vnde nō dirimit ma-
trimoniū post contractū per. c. vnicū. de voto. li.
vi. Aut vouit omnia substantialia respectu certe
religionis: Ita q̄ efficaciter est obligatus religiōi.
et tunc est certum q̄ matrimoniū non tenet: vt in
dicto. c. vnicū. Aut vouit tñ castitatē respectu cer-
te religionis: et tunc dicit q̄ votum est solennizatū
et non tenedit matrimoniū sequens: licet iste nō sit
vere et stricte religiosus: vt quia nō obligauit se ad
paupertatem et obedientiā. et hoc p. d. c. vnicū.

Sed panoz. dicit se semper tenuisse oppositum: q̄
illud. c. vnicū requirit ad solēnitatē voti: q̄ p̄fessio
fiat alicui de religionibus approbatis. Et sic q̄
quis profiteatur religionē approbatam. Ita vt ve-
re sit religiosus illius religionis. Et hoc videt vel-
lelitera illius. c. vnicū. hoc Panoz. Et si obijciatur
de capitulo si. qui de. vel vo. f. de illa muliere q̄ se-
cit votū castitatis in manu cuiusdā mōachi. hoc
adiecto: q̄ remaneret in domo sua cum omni sub-
stantia sua: et nō intrauit aliquod monasteriū mo-
nialium: nec viroz. Et tñ dicitur ibi q̄ tale votū
erat solenne. et dirimebat matrimoniū postea con-
tractum per talem mulierē. Potest responderi ex
dictis panoz. ibi. q̄ p̄missio alicuius de substantia
libus regule vnicū susceptōe habitus religiōis
inducit plenam p̄fessionem: et obligat quo ad oīa
substantialia: put fecit ista mulier: que vt dictum
est fecit votum continentie: et p̄fessionē fecit i ma-
nibus cuiusdā fratris sancti Aug. qui habuit mā
datum ad hoc a superiore. Als nō potuisset istam
mulierē incorporare religioni. vt in. c. p̄rectū.
de regula. et ex ter. iuncta glo. infert Panoz. q̄ fe-
mina potest p̄fiteri religionē masculoz in manibz
eorum et erit vere religiosa: et non intret monaste-
rium monialium: sed moratur in domo olim sua. et
inquantū glo. ponderat susceptōem habitus pro-
fessoz. Idem dicit sine susceptōe habitus dū modo

fecerit professionem expressam. vt in. d. c. p̄rectū
Sed ponderatur susceptio habitus ad inducen-
dam professionem tacitā: vt in. d. c. vnicū. Quod
autem dicitur: cum omni substantia sua remane-
at et c. Glo. exponit. i. cum usufructu sue substan-
tie olim ante monachātū. vt de usufructu illarum
rerum victum et vestitū haberet in vita sua: et q̄
quid supererit deberet esse mōasterij. et sic ista mu-
lier habebat administratōnem: nec hoc est contra
substantiā monachatus: cum possit esse sine pro-
prio et in obedientia superioris. Nec panoz. et idem
Panoz. innuit: q̄ licet ista mulier expresse tñ vo-
uerit castitatē: tamen tacite vouit votum paup̄-
tis et obedientie.

¶ An autē pactum quod fecit ista mulier: vt ha-
beret bona sua in administratōnem sit licitum. d.
An. dicit q̄ non: quia videretur sibi ex debito illā
administratōnem appropriare et sic esset proprietaria.
Sed Panoz. vbi supra sustinēdo p̄dicta di-
cit. q̄ hoc potest procedere: non ex iure acquisito
illi monache: sed ex pollicitatione obligante abba-
tem. Et dicit q̄ hoc dictum est satis coloratum. de
hac materia vide pulcra s̄. Abbas.

¶ Quid respondendū cum persona que fecit vo-
tum simplex querit an possit matrimōnium contra-
here: Respon. fm̄ Do. debz responderi: q̄ non.
et si vtra querat dicens: quid si contraxero: nun-
quid tenebit matrimoniū: non debet respondere.
Als peccat: quia dat occasionem peccandi morta-
liter fm̄ Do. Credo tamen q̄ dicens: tibi non lz
cōtrahere: et si cōtrahas: et matrimoniū teneat: tñ
peccabis mortaliter cōtrahendo: nō peccat saltem
mortaliter.

Impedimentum. v.

De cognatione carnali primo sciendū
q̄ triplex est cognatio. f. carnalis: q̄ dicit
consanguinitas. Spūalis: que dicitur compaterni-
tas. et legalis que dicitur adoptio.

¶ Quid est consanguinitas. Rñ. fm̄ Do. est vin-
culum personarum ab eodem stipite descenden-
tium: carnali propagine contractū. Stipitem di-
co illam personam a qua aliqui duxerunt originē.
vnde et consanguinei dicuntur quasi de vno san-
guine procedentes. vnde spurij etiam consangu-
neos habere dicuntur. Consanguinitas autē ha-
bet tres lineas. i. p̄cedit triplici ordine. Prima nā
q̄ linea dicitur ascendētium: vt pater: avus: et bu-
iusmodi. Secunda descendētium. vt filius: ne-
pos. Tercia collateralium: vt fratres et frat̄ filij.
qui et patruales dicuntur. et hec eadem intellige in
feminis: vt in matre et auia: in filia et nepte: et dua-
bus sororibz: aut filijs earum qui dicuntur consobri-
ni: quasi cōsororini.

¶ Quid autem sit linea cōsanguinitatis: Dic fm̄
Hostien. q̄ est ordinata collectio personarū con-
sanguinitate cōiunctarū: ab eodem stipite descen-
dentium diuersos gradus cōtinens: et eos a stipe
fm̄ numeros distinguens.

¶ Quid est gradus? Rñ. fm̄ Jo. an. ē q̄dā bitudo
distantiū p̄lonaz: qua cognoscit q̄ta agnatōis vt

Impedimentū. v.

cognitionis distantia: due persone inter se differunt, et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum vel locorum per lineam: quia ita gradimur de primo in primum.

Qualiter computantur gradus? Rñ. fm Dir. li. i. fm leges et fm canones: in linea ascendenti et descendenti: eodem modo computantur fm hanc regulam quod quilibet persona addita persone facit gradum. xxxv. q. v. ad sedem. Sic. Pater aliquem per truncum: qui non computatur, utpote Joachim: et tunc computa ascendendo, pater et mater Joachim sunt in primo gradu. Avus et avia in secundo. Proavus et proavia in tercio. Abavus et abavia in quarto. In descendenti vero sic computantur. Filius et filia Joachim sunt in primo gradu et vel a stipite descendentes propter ipsum stipitem: quotus est numerus communi parente detracto: totus est gradus. Stipes autem fm panor. in. c. h. et extra. e. demit: quia filius est ex sanguine patris, unde non fit deinceps per duos gradus: sed tunc per unum. Et fm Donal. cum vis scire de consanguinitate aliquorum quantum inter se differant: recurre ad communem personam a qua traxerunt originem, ut Petrus generavit. S. et T. qui fuerunt fratres. Ecce primus gradus. Si vero non poteris scire quis fuerit pater eorum: dicas sic. S. et T. fuerunt fratres. Hoc ideo dico: quia fratres si sunt ponendi in primo gradu: vel frater et soror: vel due sorores: et tunc procede. S. et T. fuerunt fratres: qui faciunt primum gradum. S. genuit. A. Ecce secundus gradus. A. genuit. B. Ecce tertius, et sic de alijs. Idem est dicendum de alio fratre. In transversali vero linea aliter computantur fm leges aliter fm canones. fm leges computantur fm hanc regulam: quod persone numerantur hinc inde a communi parente vel stipite descendentes: propter ipsum stipitem. Quotus est numerus communi parente detracto: totus est gradus. Unde si una persona distat a communi parente per quatuor personas: alia per tres: computato communi parente: sunt octo. De trabe stipitem remanent septem. Sic ergo attinet inter se gradu septimo. Et hoc obtinet: siue equaliter distent: siue unequaliter. Ideo fm leges frater et soror sunt in secundo gradu. filij duorum fratrum in quarto: et sic de alijs. Ratio diversitatis est: quare transversales duplicantur fm leges: quia hereditates nequeunt deferri: nisi de una persona ad alteram. Idcirco curavit secularis imperator singulis personis: singulos perficere gradus. Sed quia nuptie sine duabus personis non possunt fieri. Idcirco sacri canones duas personas in uno gradu constituerunt. d. c. ad sedem. Qualiter autem fiat computatio fm canones. Rñ. fm Dir. q. in transversalibus lineis: si due persone inveniuntur equaliter descendentes a communi stipite: totto gradu attinet inter se. Et sic non distat gradu: sed sunt in eodem gradu. xxxv. q. v. parentele. ergo filij in eodem gradu attinent sibi: et filij duorum fratrum et huiusmodi: quod equaliter descendunt. Si vero unequaliter descendunt: quotus gradu remotior illorum distat a stipite communi totto gradu attinent sibi: et sic remotior addit gradum. Unde non sunt in eodem gradu: sed distat gra-

du fm regulam approbatam. s. quoto gradu remotior distat a stipite: totto differt et a quolibet descendenti ab eodem per aliam lineam. d. c. fi. Quis autem ratio est. quia ratio consanguinitatis inter aliquos in linea transversali: ortum habet ab illa que est ad stipitem. Unde phs dicit. Omnis cognata amicitia deponere videtur et paterna. Et ideo in linea transversali: unus non potest esse propinquior: alij quam stipiti. Item predicta regula fm docto. habet intelligi solum usque ad lineam equalitatis: quia post illam quilibet descendenti personarum adijcit gradus. Unde nepos alicuius: sicut tertio gradu distat ab eodem: ita ab omnibus descendenti ab eodem: usque ad tertium gradum: sed plus distat ab illis qui transcendunt tertium gradum. Alfen. tit. lib. viij. ti. xvij. limitat dictam regulam per. c. quod dilectio. de consan. q. l. gradus consanguinitatis computari debeat a remotiori: tamen si consuetudo esset alicubi computari a propinquiori: standum est consuetudini propter scandalum evitandum.

Queritur: usque ad quem gradum matrimonium contrahi prohibetur? Rñ. Dir. vbi s. fm legem moisaicam. xij. persone prohibentur tunc in lege divina quarum alique sibi in secundo gradu attinet. vñ s. Nata soror neptis mater tera fratris et vxor. Et patrum coniunx mater prænigra nouerca. Vxorque soror: prænigra nata vtriusque. Atque soror patris: coniungi lege verantur. Liqueat igitur quod secundus gradus est in nepte et in matertera. et in sorore patris: que amita dicitur. Et cum illis papa non possit dispensare. intellige sine magna causa. vt. j. c. papa. Et quod dicitur quod prohibetur de vxore fratris. Intelligas si prolem habuit. Alis fm legem moisaicam duci debet ad semet eodem mortuo suscitandus. vt extra de diuor. c. fi. Idem Mo. et Ber. extra de resti. spo. literas. Post vero fuit facta prohibitio usque ad septimum gradum. d. c. ad sedem. Sed hodie prohibitio conjugalis quartum gradum consanguinitatis et affinitatis decetero non excedit. extra. c. non debet.

Quid de ascendentiibus et descendentiibus: videtur quod in infinitum extendatur. ita quod fm quosdam si adam viueret hodie non possit aliquam ducere fm Mo. et Jo. an. Idem panor. in. d. c. non dicitur. Et putat opinionem predictam verissimam: cum textus iuris civilis indistincte prohibeat matrimonium inter ascendentes et descendentes. vt in. l. nuptie. ff. de ritu nup. Et hoc in infinitum. Et cum ius civile non reperiat expresse correctum: et sit fundatum super honestate maxima: non debemus propter generalem dispositioem canonum dicere contrarium: hec tamen questio propter breuem hominum vitam raro practicatur. Sed Hof. et Dir. tenent indistincte: quod hodie tam in ascendentiibus quam in descendentiibus: et collateralibus quartum gradum non excedit prohibitio quantum ad matrimonium contrahendum. d. c. non debet. quod loquitur generaliter et indistincte. Et sic videtur quod ius civile sit correctum expresse per dictum. c.

Sed queritur: an hodie in quinto gradu et sup

Impedim

Impedim
